

Physicorum

Folio lxxij

53

Ar. Si successio esset in motu proprie dicto, sequeretur quod non esset alius motus proprie dictus, nisi in quibusdam. Sequitur probatur quod in successione accipitur post preteritum sed solum in quibusdam sumitur post preteritum. Unde quod dupliciter aliquid forma habet preteritum post preteritum, uno ex parte sue, et sic proprie dicitur quod tunc habet preteritum post preteritum. Alio ex parte sue, sic etiam quibusdam habet preteritum, quod successio inveniunt in subiecto, quod quodammodo habet preteritum virtuales et perfectionales secundum modum essendi. Et quod dicitur Si augeret qualitas secundum intentionem forme sequeretur quod essent plures forme secundum numero differentes in uno subiecto. Sequitur probatur, quod primo additur aliquid illi forme per se, et tunc additur aliquid, quod non potest dici quod differat specie. Unde quod non oportet in intentione qualitates addi aliam formam alterius generis numeri vel speciei, sed illa forma quod pertinet ad perfectionem in subiecto, vel subiectum per agens magis disponitur ad tale formam, et non oportet novos gradus secundum essentiam super addere tali forme sicut dicunt alij, quod intensio non fit per novam formam. Unde probatur, quod si sic, tunc perfectio et imperfectio secundum essentiam essent sicut in eodem respectu eiusdem. Nec valet si dicatur quod imperfectio gradus cessant advenientibus perfectionibus, sicut dicitur alij, quod tunc non fieret additio gradus ad gradum additio enim solum fit in rebus permanentibus, oportet ergo primum gradum permanere cum secundo. Est tamen considerandum quod qualitates respectu sicut est scia potest suscipere magis dupliciter, uno secundum intentionem sicut si quis habeat sciam de aliquo per medium dialecticum, et postea accipiat eandem sciam per medium demonstrativum, tunc scia est perfectior intus. Alio per experientiam suscipere magis, sicut quod aliquid de aliquo scibili accipit sciam quod ad plures conclusiones quod prius habuit, et hoc ex eo est, quod scia est quibusdam virtus, sicut per augeri per comparationem ad suum obiectum.

Notum autem actus non alius est. Oportet quidem esse actum utriusque. Mobile quidem est in ipso posse, movens autem in ipso operari vel agere. Sed est actuum mobilis, quare similiter unum utriusque actus, sicut idem spacium est unum ad duo et duorum ad unum et ascendens et descendens. Hec enim unum quidem sunt, ratio autem non una. Similiter autem et est in movente et in moto.

Postquam Aristoteles posuit duas definitiones ipsius motus et in ultima dicit quod motus est actus mobilis, nunc considerandum intendit dicere quod se habeat motus ad movens. Et circa hoc duo supponit quod postea probatur, primum est quod movens est aliquid actus, secundum est quod idem est actus movens et mobilis. Primum probatur primum, et hoc sic, quicquid dicitur quod quibusdam per potentiam et quibusdam per actum hoc habet aliquid actum, quod per actum dicitur esse in actu, sicut movens quibusdam dicitur in potentia, et quibusdam in actu, quod aliquid potentia movet, et aliquid actu movet, quod movens est aliquid actus. Tunc ibi, Sed, et probatur secundum, sicut quod idem est actus movens et mobilis, et hoc sic, quod actus movens dicitur hoc quod movens movendo causat, et actus mobilis dicitur hoc quod mobile patiando recipit, sed idem est quod movens movendo causat, et quod mobile patiando recipit, ergo erit idem actus movens et mobilis. Hanc autem patet ex definitione utriusque, quod actio est motus huius ab hoc, id est forma procedens ab agente, sed passio est

motus huius in hoc, id est forma recepta in patiente. Ita tamen forma distinguitur ratione secundum comparationem ad movens et mobile, quod refertur ad movens sicut ad principium materiale sive subiectum. Quinque probatur Aristoteles per exemplum, quod eadem est distantia unius ad duo et duorum ad unum. Etiam eadem est via a Thebis ad Athenas, et ab Athenis ad Thebas, quibus termini differant, et sic vice differunt ratione. Similiter in proposito est idem actus movens, qui procedit ab agente et recipitur in patiente.

Ar. Actus idem non est in diversis subiectis, et ergo non erit idem actus movens et mobilis. Unde quod actus capitur dupliciter, uno modo per formam inherente, et sic nullo modo est idem actus movens et mobilis, saltem secundum numerum, quod non potest eadem forma in numero esse in movente et mobili. Alio modo accipitur actus per effectum secundum quod actus est operatio vel operatum, tunc dicitur quod quod motus dicitur esse actus movens, ubi actus sicut per operationem sive effectum. Sed quando dicitur esse actus mobilis tunc accipitur per formam. Et tunc tertius est intellectus, quod ille actus agentis et patientis est idem, sicut est agentis sicut principium et mobilis sive patientis sicut subiectum, et ideo etiam motus non denominatur movens, sicut subiectum motus, sed sicut principium. Exemplum gratia, calor in aqua receptus ab igne est actus ignis, id est effectus qui est ab igne, sicut a principio effectivo, et est actus aque, quod est forma in aqua. Ex quo tunc clare accipitur quod Aristoteles aliter loquitur de actione huius et in predicamentis, quia hic accipitur actionem per motum vel formam quod causat a movente et sic definitur actionem quod est motus huius ab hoc, sicut in predicamentis accipitur actiones per formam quod agens dicitur formam agere.

Habet autem defectum rationabile, necesse est enim fortassis esse eundem quidem actum activi et passivi, hic quidem enim actu illic aut passivo, opus enim et finis huius quidem actio, illius autem passio. Quia igitur utraque sunt motus siquidem alteri in aliquo sunt. Aut enim utraque in patiente et moto sunt, aut in agente sunt utraque, aut actio quidem in agente, passio autem in patiente est. Si autem oportet et hanc actionem vocare, equivoce utique fiet. Sed si hoc est in movente, motus erit. Eadem enim raro est in movente et in moto. Quare autem omne movens movebitur, aut habens motum non movebitur.

Hic Aristoteles circa premissa movet unam dubitationem quam vocat rationabilem, non quod est de ente rationis, sicut quod habet ad utraque preter rationes probabiles, et antequam moveat illam preter rationem quod actus activi, movens est actio, et actus passivi, patientis est passio. Et hoc probatur sic, quod opus et finis uniuscuiusque est actus eius, sicut actio est finis et opus agentis, et passio est finis patientis, ergo actus agentis est actio, et actus patientis est passio. In qua ratione considerandum est, quod prius dictum est quod actus non debet solum capere formam, quam significationem verum est quod actus passivi est passio, quia actus patientis est forma patientis, sed des